

dispositionem rubricae sumendam esse antiphonam: *Ave Regina etc.* sublato quolibet alio difforni quarumcunque Ecclesiarum usu. n. 2938 die 11. Jan. 1681; n. 3301 ad 6 die 10. Januarii 1693; n. 3710 ad 1 die 14. Febr. 1705; n. 3718 ad 1 die 4. Apr. 1705.

AZYMUS.

Ad dubium: an presbyter graeci ritus, alter ex electis pro Mandato

fer. V. in Coena Domini possit et debeat s. refici Eucharistia cum aliis duodecim ritu latino in azymo? S. C. resp.: In casu, de quo agitur, affirmative. Et Sanctitas Sua decretum approbavit et quatenus opus sit, dispensandi jussit, ut presbyter graeci ritus in casu dumtaxat, de quo agitur, s. Eucharistiam sumat cum aliis duodecim presbyteris in azymo. n. 4546 die 25. Aug. 1818.

B.

BACULUS.

1) Abbatis.

(Vd. Mitra Abbatis in process.; Usus Pontifical.)

Abbati s. Salvatoris Ordinis Cisterc. Clusinae utenti baculo pastoralis absque velo S. C. resp.: Serventur decreta P. Alexand. VII. (de anno 1659). n. 3781 die 10. Mart. 1708.

Abbas Collegiatae Eccles. s. Spiritus Benevent. gaudens Usu baculi pastoralis, uti non potest baculo episcopali sed baculo abbatiali cum velo. n. 5065 ad 1 die 27. Febr. 1847.

2) Abbatissae.

Vd. *Abbatissa.*

3) Dignitariorum.

Vd. *Abbatissa; Usus Pontifical.* (decr. n. 4863 etc.)

Dignitas celebrans mitratus Cathedr. Panormitanae non potest uti baculo. n. 3052 ad 3 die 22. Apr. 1684.

Praepositus alicujus Ecclesiae non potest tula conscientia etiam attenta

immemorab. consuetudine inter missarum solemnias uti baculo, nisi constituto sibi de speciali Sedis ap. indulto. n. 1834 die 4. Aug. 1657.

4) Episcopi.

a) In Ordinationibus.

Ad dubium: an quoties Episcopus sedens cum mitra admonensque Ordinandos debeat baculum in manu gestare, cum Pontificale solum loquatur in admonitione Presbyterorum? S. C. resp.: Servetur Pontif. roman., ut jacet. n. 3774 ad 4 die 27. Aug. 1707.

b) In Processione.

Cf. *Minister de baculo.*

Quoad baculi usum, etiam in processione SS. Sacramenti, servandum esse Caeremoniale Episcop. (Lib. I. c. XVII.) n. 1862 die 26. Jan. 1658.

5) Episcopi Administratoris.

Episcopus Administrator amovibilis Ecclesiae vacantis, dum cantat missas et vespas in Pontificalibus, potest

uti baculo. n. 3952 ad 2 die 22. Aug. 1722.

6) Ministri ecclesiastici.

Vd. *Clava.*

BALDACHINUM.

1) Abbatum et Priorum.

Vd. *Usus Pontificalium.*

Prior cum usu Pontificalium habere non potest Baldachinum super sedem suam. n. 291 die 28. Jan. 1606.

Abbatibus contenti esse debeant sua propria sede. sine baldachino desuper. n. 531 die 18. Mart. 1617.

Licere Abbatibus Olivetanis solemniter in tribus tantum anni festivitibus celebrantibus uti Baldachino, sine tamen auro et pompa. n. 804 die 17. Mart. 1629.

Licere Abbatibus Congreg. Camaldulens., quando solemniter celebrant, uti baldachino, sine auro tamen et pompa. n. 966 die 21. Aug. 1632.

Episcopo Eugubino S. C. facultatem tribuit, ut Auctoritate Congregationis in Ecclesia abbatialis s. Ubaldi sita extra civitatis moenia, Baldachinum abbatibus *semper* erectum (extra tres festivitates) amoveri jubeat et nisi Monachi paruerint, eos opportunis remediis compescat. n. 1830 die 30. Jun. 1657; n. 1835 die 4. Aug. 1657.

Monachis Cassinensibus, exceptis tribus tantum solemnitatibus, nunquam competere usum Baldachini et signanter nec in vestitione Monialium hujusmodi licere. n. 1949 die 7. Dec. 1658.

Licet Abbati Cassinensi in sua Ecclesia s. Vitalis erigere et retinere baldachinum etiam praesente Capitulo Ravennat. et seorsim ab eo canere primas Vesp. et missam sol. cum Pontificalibus, non interveniente tamen Archiepiscopo. n. 2468 die 16. Febr. 1669.

Ad praecavendas nunc et evitan-

das, immo prorsus eliminandas quas-cunque controversias, quae super intelligentia praedicti Decreti oriri unquam possent, S. D. N. Benedictus XIII. praesenti Decreto suo illud S. R. C. confirmando, et quatenus opus sit, declarando, mandat et praecipit, „quod existente in Civitate, vel in suburbiis, aut villis, Archiepiscopo, aut eo a Civitate et villis, sive suburbiis, immo et a Dioecesi absente, dummodo aut non possit, aut nolit memoratae functioni interesse, licet Capitulum Cathedralis Ecclesiae interveniat, in istis casibus erigi debeat baldachinum Abbatis Regularis S. Vitalis, etiam praesente ipso Capitulo, et functiones suas peragente, ipseque Archiepiscopus existens in Civitate vel in locis vicinis, teneatur saltem in pervigilio Festivitatis S. Vitalis hora compesenti, de mane tamen, certiore facere Abbatem sive Superiorem Monasterii S. Vitalis, utrum velit, nec ne, memoratis functionibus personaliter intervenire, ut eo interveniente, opportuno tempore baldachinum Archiepiscopi, vel eo nolente intervenire, illud Abbatis Regularis erigi possit, injungens Emo. et Rmo. D. Card. pro tempore Legato, ut executioni hujus Decreti Sanctitatis Suae, adhibitis etiam auctoritate sua juris remediis, sedulo incumbat.“ n. 3970 die 12. Martii 1727.

Non licet Monachis Monasterii s. Mercurialis erigere thronum ter in anno in eorum Ecclesia, sive Abbas nolit sive non possit Pontificalia exercere sive absit a Monasterio. n. 4036 ad 4 die 25. Junii 1735.

Abbas cum usu Pontificalium non potest in Ecclesiis Monialium, suo regimini subjectarum, erigere Baldachinum. n. 1516 die 2. Julii 1644.

2) Defunctorum.

Nulla modo convenire, cadaver Archiepiscopi defuncti ex Palatio per

vias publicas sub Baldachino deferre. n. 916 die 5. Julii 1631.

3) Dignitariorum.

Non licere Praeposito S. Agathae Cremon. uti baldachino nisi simplici juxta decretum Alex. VII. n. 3138 ad 1 die 14. Junii 1687.

Prior s. Sepulchri Baruli Tranen. Dioec. in ingressu Ecclesiae recipi non debet a Sacerdotibus sub baldachino. n. 3550 ad 3 die 13. Febr. 1700.

Cf. *Usus Pontificalium*.

4) Episcopi.

a) In Cathedrali.

Ad dubia: 1. an Episcopo Pontificalia exercenti competat retentio baldachini seu umbraculi pretiosi et aurati supra sedem positam a latere altaris majoris?

2. an eadem retentio competat Episcopo, etiamsi Capitulum omiserit opponere baldachinum super altare majus? S. C. resp. ad 1.: Competere, dummodo non sit pretiosum nec auratum; ad 2.: affirmative et cogat Capitulum, ut ponat baldachinum super altare majus. n. 3987 ad 5 et 6 die 20. Aug. 1729.

Episcopo pontif. celebranti debetur baldachinum supra sedem Episcopalem, quae locanda est e regione altaris vel in cornu Evangelii juxta Caerem. n. 4317 ad 5 die 6. Aug. 1763.

b) In Cappella ad Tertiam.

Licere Episcopo erigere baldachinum in cappella extra presbyterium, ubi recitat horam tertiam et sumit paramenta sacra et ex qua deinde processionaliter accedit ad ipsum presbyterium et in eo ad altare majus pontificaliter est celebraturus. n. 2623 ad 1 die 6. Maji 1673; n. 2633 die 17. Junii 1673; 2646 die 12. Aug. 1673.

c) In Eccl. exempta.

Episcopus potest in Ecclesia *exempta* erigere Baldachinum. n. 752 die 12. Julii 1628:

Servandum esse solitum circa usum baldachini in visitandis Ecclesiis exemptis, et nullius Dioecesis, existentibus in civitate et Dioecesi Aquilana per ipsum Episcopum Aquilanum tamquam delegatum apostolicum. n. 2339 die 19. Sept. 1665.

d) In Eccl. Monachorum.

Cf. *Sedes Episcopi*.

Teneri Monachos erigere Baldachinum pro Episcopo accedente ad eorum Ecclesias et etiam in casu, quo accedit Capitulum Cathedralis sine Episcopo. n. 793 die 20. Dec. 1628; n. 1111 die 9. Dec. 1638.

Licet Episcopo in quacumque Ecclesia etiam Regularium suae Dioecesis erigere baldachinum, praesertim quando personaliter interest functionibus ecclesiasticis, sive dum habetur sacra conicio, illud erigi facere e regione pulpiti tamquam in loco digniori. n. 2272 ad 1 die 24. Maji 1664.

Ad dubium: an tota die festi s. Vitalis possit Archiepiscopus Ravenat. tenere erectum Baldachinum, quamvis 2. vespere ipse non assistat, vel potius post meridiem levare et aliud pro Abbate erigi debeat, quod usque adhuc servatum est, S. C. resp.: quod si ipse Archiepiscopus non sit celebraturus, mandet deponi tempore opportuno. n. 2317 die 21. Mart. 1664.

e) In Eccles. Monialium.

Moniales debere initio Visitationis Episcopum sub Baldachino sedentem revereri cum genuflexione. n. 1994 die 19. Julii 1659.

f) In Eccles. parochiali.

Erigatur Episcopo in Ecclesia Ple-

bani Sedes Pontificalis cum baldachino. n. 1378 ad 4 die 10. Maji 1642.

Ad dubium: an Episcopus Naulen. possit in qualibet suae Dioecesis Ecclesia erigere Cathedram episcopalem et Baldachinum, etiam tempore, quo Episcopus non residet et functiones episcopales non exercet in dicta Ecclesia, maxime, si dicta Ecclesia suae Dioecesis parum distet, nempe per milliarium circiter ab Ecclesia Cathedrali? S. C. resp.: Juxta votum, nempe negative. n. 3837 die 11. Julii 1711. Vd. *Sedes Episcopi in aliis Eccles.* decr. n. 4720.

g) In Processione.

Vd. *Episcopus assist. Processioni*.

h) Coram exp. SSmo.

Ex vi aut lege Caeremon. Episcopo non prohibetur Episcopo, ut propria ulatur sede, qua desuper baldachinum dependeat, dum Divinis assistit, vel per se ipsum peragit, SSmo. palam super altari exposito, dummodo genuflexiones tum praescriptas debitasque reverentias adamussim observet atque, aperto capite, in signum reverentiae saltem assistat. n. 4125 die 9. Junii 1742.

i) In Visitatione.

Ad dubium: Per Decretum S. R. C. datum die 27. Maji de anno 1826 prohibitum fuit deferre sub Baldachino Reliquias et Imagines Sanctorum, qui usus Baldachini debetur tantum SSmo. Eucharistiae Sacramento; quaeritur: an in enunciata prohibitione comprehendatur etiam Episc. dum Paroecias visitat et Monasteria? S. eadem C. respondendum censuit:

„Intelligendum de Reliquiis: quoad Episcopum servetur Caeremoniale.“

Atque ita rescribere rata est et declarare. n. 5102 ad 1 die 11. Sept. 1847.

5) Episcopi Administratoris.

Cf. *Sedes Episcopi Administr.*; *Faldistor.*

Quum Rmus. hodiernus Ep. Administrator Eccl. S. Severini probe comperiat juxta alias Decreta a S. R. C. sibi non licere in solemnibus Vesp. ac Missis in Pontificalibus sedere in Cathedra sub Baldachino, neque ibidem assistere Missis, quae per alios celebrantur cum cantu, sed in primo casu uti debere Faldistorio, et in secundo: sedere tantum in digniori Chori Stallo; ne perinde imminuatur splendor S. Caeremoniarum, SSmum. D. N. Pium IX. P. M. supplex adivit, enixeque rogavit, ut de Apost. benignitate indulgere dignaretur, ut ipse tam in Pontificalibus quam in assistentia Missis solemnibus, aliisque Eccl. Functionibus praestanda sedere valeat in Cathedra sub Baldachino; SSmus., referente subscripto S. R. C. Secretario, attentis peculiaribus circumstantiis, ac praesertim, quod novissimus Ep. renuntiationem Sedis emiserit, de speciali gratia in exemplum non afferenda annuit juxta Ep. Administratoris preces. Contrariis non obstantibus quibuscumque. n. 5091 die 5. Mart. 1847.

6) Episcopi Suffrag.

Instante Episcopo Suffraganeo Constantiensi in Visitatione Ecclesiae Colleg. Lucerninae celebrare missam sol. sub baldachino, eoque a Canonico Caeremon. praefecto ipsi denegato, quaesitum fuit declarari: An Episcopo Suffr. competat baldachinum? S. C. resp.: *Negative*. n. 3609 die 21. Januarii 1702.

Non licet Episcopo titulari suffraganeo uti baldachino, dum Pontificalia exercet in suis Ecclesiis et in exemplis Regularium ejus Dioecesis, nec uti in Ecclesiis extra suam Dioecesim, etiam de licentia Ordinarii. n. 3738 ad 1 et 2 die 6. Mart. 1706.

7) Episcopi Visitatoris.

Vd. *Episcopus Visitator; Baldachinum Ep. in Visitatione.*

8) Hastae portandae.

Cf. *Reliquiae* (Laici).

Canonicos non teneri, nec posse cogi ad deferendum hastas Baldachini, quae deferri debent per digniores ex Beneficiatis seu Mansionariis juxta Caerem. (Lib. II. c. XXIII.) n. 1171 die 20. Aug. 1639; n. 4081 ad 1 die 29. Nov. 1738.

Dictum decretum habere locum non obstante contraria consuetudine. n. 1229 die 2. Julii 1640.

Ad dubium: an in Processione SS. Corp. insurgentibus controversiis super delatione hastarum baldachini, a quibus deferri debeant, decidere spectet ad Episcopum seu potius ad iudices laicos? S. C. resp.: Servetur Caeremoniale, n. 3334 ad 2 die 17. Julii 1694.

9) Hastas Deferentes.

a) Habitus.

Ad dubium: in processione fer. VI. in Parasc. cappae seu pluvialia deferentium hastas baldachini utrum debeant conformari in colore cum indumentis nigris Celebrantis aut cum albo baldachini? S. C. resp.: Non esse adhibenda Pluvialia sed solum cottas a gestantibus hastas baldachini. n. 4055 ad 3 die 15. Sept. 1736.

Vd. *Processio SSmi. Regul.* (modus, decr. n. 4130.)

b) Ingressus.

Ad dubium: an Mazzerii et Virgarii Magistratus saecul. in process. Corp. Chr. et aliis, in quibus Magistratus assistit et aliquae ex personis, quae Magistratum componunt, hastas baldachini deferunt, et reliqui Magistratus cum suo capite Episcopum subsequuntur, incedere debeant ante illos

hastas baldachini deferentes, ita quod ante dictos Mazzerios incedant Sacerdotes faces et Signa pontif. portantes, seu potius illi incedere debeant ante dictos Sacerdotes aut extra lineam processionis alam facientes a lateribus illorum vel post Episcopum ante reliquum majorem numerum Regitorum cum suo Capite? S. C. resp.: Mazzerios in processione SSmi. Corp. Chr. incedere debere non ante sed hinc inde prope baldachinum. n. 4139 ad 2 die 23. Mart. 1743.

Vd. *Instructio Clem.* §. XXII. n. 7.

10) Imaginum.

Vd. *Baldachinum Reliquiarum etc.*

11) Laicorum.

Debere *Baronem* . . . per se ipsum et nullo modo per substitutum hastam baldachini supra SS. Sacramentum deferre prout alii Barones . . . hactenus fecerunt vel si id facere recusent, ad processionem non accedere. n. 204 die 5. Julii 1603.

Nec Baldachinum in benedictionibus Sponsis convenire; nec Sacristae quidquam omnino exigere audeant seu praesumant pro tali benedictione. n. 294 die 25. Febr. 1606.

Non licuisse antecessoribus Amati Principis de Galatea, Domini civitatis Cacami baldachinum in Ecclesia erigere . . . et ab hujusmodi usu sese tum etiam in posterum abstinere. n. 2026 die 24. Jan. 1660.

Marchioni terrae Potidactili simplicem sedem coraminis super pradellam sine baldachino extra Presbyterium licere. n. 2519 die 29. Nov. 1670.

Non competere Comiti Domino terrae de Isnello *juxta* chororum uti throno in loco superiori et eminentiori cum gradibus et Baldachino ad instar sedis Episcopalis. n. 797 die 10. Febr. 1629.

Baldachinum in Ecclesiis, Oratoriis aliisque sacris quibusvis locis Principi

Trivultio non competere. n. 1860 die 6. Jan. 1658.

Ad relationem Episcopi Polignan., se tandem baldachinum Domini temporalis a Cathedrali amovisse, S. C. resp.: Zelum Episcopi plurimum commendari et prohiberi in posterum, ne abusus reviviscat. n. 2076 die 11. Sept. 1660.

Principi terrae Praesicciae baldachinum in Ecclesia, matrice ejusdem terrae, quando assistit divinis, nullo modo esse permittendum. n. 1161 die 23. Maji 1639.

Non convenire sed omnino prohibendum, quod Clerici et Presbyteri extra civitatem cum superpelliceis, cruce et Baldachino ad excipiendos cives suos exeant, quando graduati redeunt in patriam. n. 1188 die 19. Nov. 1639; n. 2610 die 3. Dec. 1672; n. 3155 et 3156 die 13. Mart. 1688; n. 3212 die 22. Apr. 1690; n. 3187 die 18. Jun. 1689; n. 1587 die 18. Maji 1647.

Baroni (Roccae) non competere baldachinum. n. 2247 die 4. Aug. 1663.

Principi Acaiae non licere erigere et retinere in Cathedrali Baldachinum eoque uti, non obstante . . . quod antecessores in Principatu retinuerint et usi fuerint. n. 2373 die 26. Junii 1666.

Non licuisse neque licere Principi Carolo de Mariis Aquaevivae habere et retinere baldachinum, illoque uti neque in Ecclesia ipsius Aquaevivae neque Castelanetae. n. 2394 et 95 die 5. Mart. 1667.

Episcopus Vercell. curet, ne Princeps in Oppido Massarani baldachinum pro se, principissa et filiis ad exclusionem ejusdem Episcopi erigat. n. 2816 die 13. Febr. 1677.

S. C. mandavit Episcopo Bitecten., ut omnino amoveri faciat baldachinum Baronissae Bitecti in Cathed. erectum. n. 3064 die 23. Sept. 1684.

Non licere Laicis in Ecclesiis retinere aut uti Baldachino, neque assistere in throno . . . n. 1291 die 26. Jan. 1641; n. 1336 die 6. Julii 1641; n. 1936 die 28. Sept. 1658.

Baldachinum Baronis Bitetti in Ecclesia, alias jussu S. C. depositum, tolerante vero Episcopo iterum erectum, denuo amovendum esse. n. 1386 die 31. Maji 1642; n. 1406 et 1407 die 16. Aug. 1642.

Non licere Principi Minerbini, domino civitatis Lavell. erigere in Ecclesia Fratrum Min. Observ. baldachinum. n. 1680 die 9. Aug. 1653.

Expositum est: Principissam civitatis Nicoterensis usum Baldachini sibi arrogasse cum Vicarii Capitularis assensu. S. C. resp.: Vicarius hujusmodi abusus omnino aboleri curet. n. 1938 die 28. Sept. 1658.

Primatibus Magistratibusque usum baldachini in propriis domibus habentibus, erectio ejusdem baldachini in Ecclesiis non licet, quando adhibeantur in patris et matris in administratione Sacram. Baptismatis seu aliis hujusmodi functionibus. n. 2423 ad 3 die 5. Nov. 1667.

12) Oleorum sanct.

Vd. *Olea s.* (Asservatio. decr. n. 4623.); *Oleum infirmor.* (Asservatio.)

13) Reliquiarum, Imaginum, ss. Crucis et s. spin. Coronae in processione.

Vd. *Reliquia* (veneratio etc. decr. n. 4956).

Cum quidam abusus inoleverit in Terra Castelletto supra Ticinum Dioec. Novarien. deferendi in publicis Supplicationibus, quae a Confraternitate inibi instituta sub invocatione SSmi. Sacramenti et Rosarii peraguntur, Reliquias ss. Fabiani ac Sebastiani Martyrum, ac Rochi Conf. sub Baldachino in solemnitatibus eorumdem Sanctorum per Oppidi vias; Emus. et Rmus. D. Card. Episcopus Novariensis, instante